

AUGUS.  
 MO DEL.  
 Thro.  
 PURIS.  
 ANGELO.  
 Regi.  
 PIJS.  
 HOMI.  
 Advo.  
 SINGULA.  
 litarum  
 SANCTIS.  
 GINI MARIÆ  
 CAR.  
 LIBRO IN.  
 hensibili, Ver-  
 mundo legen-  
 ti, cun-  
 tati cre-  
 illumi-



Has Thomisticas Philosophicas Theses in gratitudinis signum

D. O. S. C.

TISSI-  
 TATIS  
 no,  
 SIMÆ  
 RUM  
 na,  
 SIMÆ  
 NUM  
 catæ,  
 RI CARME-  
 Altrici,  
 SIMÆ VIR-  
 DE MONTE  
 MELI  
 COMPRE-  
 bum Patris  
 dum exhiben-  
 etos Trini-  
 dentes  
 nanti.

Fr. JOSEPHUS IBIRICU.

EX LOGICA.  
 I.  
 Logica artificialis, seu Philosophia rationalis est: Facultas prescribens intellectui modum indagandi veritatem: eius obiectum materiale primarium, non in vocibus, neque in conceptibus mentis, sed unice in conceptibus obiectivis stare debet; formale vero non in aliquo reali, sed solum in directione intrinseca palpiva conceptuum obiectivorum indistincta ab ente rationis cum fundamento stabiliri debere, teneo.

II.  
 Logica ars, & sciencia censetur; scientia simpliciter; ars vero secundum quid: est practica etiam, & speculativa, sed non æqualiter, nam speculativa est simpliciter, practica vero solum secundum quid: ad alias scienias substantialiter habendas, licet utilis, necessaria tamen simpliciter non est: Logica docens est simplex, & indivisibilis habitus ab utente realiter distinctus.

III.  
 Dariens rationis ita descriptum: Quod tantum habet esse obiective in intellectu supono: non consistere in aggregato ex extremis realibus, & cognitione, ea falso uniente, sed in quodam esse pure obiectivo, & factio ab omni possibili reali condicatio, teneo: eius tamē causam effectivam non in sensibus, non in voluntate, nec in ullo alio, quam in solo intellectu creato reperiri conspicio.

IV.  
 Universale est: Unum in multis, & de multis. Natura in solo statu abstractionis est formaliter possitivæ una, & universalis: Universale metaphysicum, quod est fundamentum proximum universalis logici, fit per abstractionem possitivam intellectus patibilis, universale logicum per comparationem simplicem. Inter gradus Superiores, & inferiores distinctione Thomistica propugno.

V.  
 Prædicabile est: Universale potens prædicari de pluribus. In quinque prædicabilis adæquata partitur. Genus est: Quod prædicatur de pluribus specie differentibus in quid: huius formale definitum est secunda intentio in concreto, importans naturam de connotato. Natura specifica unius Angeli inadæquate concepta non est positive universalis adhuc secundum rationem tantum.

Propugnator aderit, qui supra sub auxilio sui dilectissimi Magistri Patris Fr. JOSEPHI CAPAPÈ, Philosophie Carmelitarum Templum. Die mensis anni 1746.

V. R. P. Fr. Vincentius Diaz, Sacra Theologia Presentatus, Studiorum Regens.

EX METAPHYSICA.

I.  
 Metaphysica, seu prima Philosophia ita describitur: Scientia agens de ente reali. Univoca, & æquivoca sic cum Philosopho defini: illa; quorum nomen est commune, ratio vero substantiae significata per nomen, est omnino eadem. Ita quorum nomen est commune, &c. est omnino diversa. Inter quæ, analogia statuo media, suntque: Quorum nomen est commune, &c. partim eadem, partimque diversa. Sola transcendentia est sufficiens causa analogia.

II.  
 Ens reale nominale in non repugnantia ad existendum consistens, non est univocum, sed analogum ad Deum, & creature; ad substantiam, & accidentem; & ad Decem prædicamenta; & ita imbibit, & transcendit suorum inferiorum ultimas differencias, ut ab illis obiective, & perfecte præscindi nequeat, sed solū imperfecte, & quoad explicitum. Attributa entis sunt tria, nempe, unum, verum, & bonum.

III.  
 Prædicamentum est: Coordinatio prædicabilis. Omnia prædicamenta denario clauduntur numero: primum, inter omnia, obtinet locum substantia, quæ ita describitur: Ens exigens natura sua existere per se independenter a subiecto inhesionis, & substantiationis. Implicat substantiam prædicamentum in quo Deus, optimus maximus continetur; hoc vero non repugnat Christo Domino.

IV.  
 Constitutivum quantitatis, à substantia materiali realiter distinctæ, stat in extensione partium substantie, & licet substantia pars extendat, minimè tamen, substantiale distinctionem illis præbet. Datur relatio realis prædicamentalis, quæ sic definitur: Forma accidentalis realis cuius totum esse est in ordine ad aliud se habere. Et licet fundamentum, & terminum petat, ipsis tamē realiter superaditur.

V.  
 Dari relationem mutuam, & non mutuam, supono, ambasque ad relativum terminari propugno, sed non æqualiter teste Philosopho: Scibile dicitur relativum, quia scientia refertur ad ipsum: ergo terminus formalis non mutua evadit unicè extrinsecè relativus. Assensus præmissarum effectivè causat conclusionis assensum, quo posito, repugnat intellectui suspensio quoad exercitum.

EX PHYSICA.

I.  
 Physica, seu naturalis Philosophia pro obiecto formalis quod, ens mobile substantiale habet: huic principiis cum Aristotele explici: Quæ neque sunt ex alijs, neque ex alterutris, sed omnia ex ipsis sunt. Ad eius fieri per mutationem tria concurrent, scilicet, materia prima, forma substantialis, & privatio, hanc excipe in facto esse: Materia prima, quæ est: Primum subiectum, ex quo aliquid fit, &c. Ita est pura potentia, ut omnē actum preter metaphysicum excludat.

II.  
 Quidam materia prima propria non gaudet existentia, unicè per compositi existentiam existit; hanc autem sine forma habere, nec divinitus est possibile: in omnibus formis substantialibus, præter amissas, æqualiter, & innatè fertur. Forma substantialis est: Actus primus materię duplex, sive subordinata, sive non, neque attenta potest. Dei absolute, potest simul informare eandem numero materię.

III.  
 Formæ Coelorum, & elementorum ita fuerunt creatæ, ut nec divinitus potuerint educi: hoc ipsum de anima rationali potiori iure censeo: materia, & forma ita ex se sunt proportionata, ut immediatè uniantur. Distinctio rem realem, quam debes tollere à toto, & à partibus simul sumptis, & unitis, apponere debes inter essentiam, & existentiam in creatis, & inter naturam, & substantiam.

IV.  
 Naturæ sic definitur: Principium, & causa, &c. Materię primę, & formę substantiali ratio naturę cōvenit: causa est: Id ex quo aliud sequitur. Nulla substantia creată est immediatè operativa. Deus simultane, & immediate cum causis secundis concurrens; & licet omnes efficacissime præmoveat, eius tamē physica præmotio nec causis liberis est nociba, neque causis necessariis superflua.

V.  
 Duplex causa totalis eiusdem generis, & ordinis nullo modo potest eundem numero effectum producere. Motus est: Actus entis in potentia, &c. Actio formaliter trahens passo unicè inheret: creatura infinita in actu implicat, sicut & quod duo corpora sint in eodem loco, non vero idem corpus in diversis circumscriptionib; repugnat. Tempus ratione instans exigit. Creatura permanens potuit esse ab aeterno.